



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xiii. De æuitate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De æuita. & qua. & ord. præfic. 19

tionem officii ne habeto. si nec sciuit: ni crassa, supina ignorantia erit, catus, fagus, ac discretus pontifex cum eo dispensato.

Nam & cum clericis suis, qui ab excommu-  
nicato episcopo ordines recepserint, episcopis di-  
spensare liceto. 2. Cum clericis.

*De æuitate, & qualitate, & ordine  
præficiendorum. Tit. 13.*

**Q**VI ecclesiis præficiendi erunt, qua æuitate, qualitate, ordine esse debeant, deinceps cautum esto.

Ecclesiæ non nisi personis, quæ æuitatem, & scientiam habeant, creduntur, committuntur. 2. Ex ratione.

Qui secus faxit, olli debita pœna infligitur. eius institutionem & cõcessionem qui superior erit viribus carere decernito.

Itaque (exempli gratia) intra 14. annum cõ-  
stituto nemo cuiuslibet ecclesiæ personatum  
concedito. si quis faxit: factum irritator, ino-  
bedientia punitur. 3. Indecorum.

Et generaliter quæ personæ ad curam anima-  
rum in ecclesiis ordinandæ erunt, scientia, mo-  
ribus, & æuitate Lateranensis concilii institutis  
congruunt. Aliæ nec obtentu literarum apo-  
stolicarum in ecclesiis instituuntur. Vni plureis  
ecclesiæ ne committuntur. Nisi ex vna pende-  
bunt, aut ita tenuis erunt, vt proprios alere sa-  
cerdotes competenter non possint, vnam, quã  
maluerit, dimittere cogitor. 4. Eãte.

Maximè autem in episcopo inliteratur & in-  
uis. 15. Quã-  
uis.



## De Auitate & qua. ordi. præfi.

sufficiētiae nota ne esto. si ipso facto euidēs erit, nec nisi cōtra deum & sanções canonicas poterit tolerari: ipse a pōtificialis officii exequutione & administratione ecclesiæ amouetur.

14. *Cum  
sit.*

Episcopi quos in sacerdotes promouebunt, diligenter per se, vel alios viros idoneos super diuinis officiis, ecclesiasticisque sacramentis instruunt. si rudes & ignari ordinati erunt: & hi, & ordinatores vltioni graui subiacento. pauci boni quàm multi mali ministri potius sunt.

13. *Ac-  
cepimus.*

Quos ergo ordinabunt, ne minùs idonei sūt, cauento. At si cui, vt à se aut præcessore suo ad sacros ordines sine titulo promotus de beneficio ecclesiastico prouideat, in forma cōmuni mandabitur: quē ad ordines suscepit, ad beneficium ecclesiasticum obtinendum idoneum reputato. exceptionem contra illum, ni postquam promotus fuerit indignum se reddiderit, ne prætendito. Si tamen in mandato clausula, **SI IDONEVS EST**, ex superabundanti adiecta erit: quas contra ipsum proponet exceptiones audiunt.

9. *Amul-  
tis.*

Hypodiaconum, sicut & diaconum, vel sacerdotem in episcopum elégere liberè liceto.

10. *Tuam*

Sed & si qua necessitas instabit: in minoribus ordinibus constitutum in abbatem adsumere liceto. Qui tamen à laicis ad dignitatem petitus erit, quanuis honestate & industria ipsum commendate ex officio prouidētis adsumptus, ad sacros ordines ne ascendito. Si ii, à quibus petitus erit, consanguinitate adfinitateve ipsi coniuncti erunt: contra ipsum sinistra suspicio esto,



Alioquin abbates, decani, præpositi, archi-<sup>1. Ut ab-</sup>  
presbyteri, si non sunt, presbyteri: qui archidia-<sup>bates.</sup>  
conatus tenent, diaconi efficiuntur. Si qua iusta  
causa prohibebit, ut esse non possent: prælatio-  
nes amittunt.

Ad regimen parrochialis ecclesiæ, nisi Hypo-<sup>5. Præte-</sup>  
diaconus erit ad minus, nemo admittitur. si ta-<sup>rea.</sup>  
men in minoribus est constitutus, & intra breue  
tempus poterit in presbyterum ordinarier: hūc  
dispensatiuè adsumere licet.

Qui clerici in ecclesia ad maiores ordines pro-<sup>6. Quæris</sup>  
moueri recusabunt, si utilitas ecclesiæ, aut neces-  
sitas id exigent, & erunt ab eo, cuius iurisdictioni  
commisi sunt, digni iudicati: per amissionem  
locorum, & beneficii subtractionē adpella. re-  
coguntur. si propter aliqua sua peccata indignos  
se fatebuntur: ollis inferiores, quorū vita proba-  
bilis fiet, præferuntur. sed & eisdem, nisi oppidò  
utileis ecclesiæ in aliis seruitiis fuerint, beneficia  
auferuntur, aliis canonicè conferuntur.

Ei quoque, qui triennio in suspensionis sen-<sup>8. Cum</sup>  
tentia permanferit, nec quæ habuit, nec quæ <sup>bonæ.</sup>  
pòst indeptus fuerit beneficia retinere licet, iis  
spoliator.

Sanè quod de iis, qui propter aliqua peccata se <sup>7. Ad</sup>  
indignos fatentur, mox diximus, ita temperator. <sup>aures.</sup>  
Ei, quæ homicidij etiã casualis cōscientia remor-  
debit, ne ad maiores ordines adscendat, con-  
filiū esto.

Ad abbates fermo redito.

Monasterii sui concanonicū regularem, etiam <sup>12. Intel-</sup>  
si ad aliud monasterium talis ordinis adcessit, & <sup>leximus.</sup>



## De sacra vñctione.

monachus factus est, si tamen de superioris consilio ad eãdem domum reuorsus erit, & laudabiliter in ea conuersatus, in abbatem ipsius monasterii præficere liceto.

*ii. Cum  
contingat* Cui abbati ab episcopo secundum morem præficiendorum abbatum manus impositio facta erit, si sacerdos existat, lectores per manus impositionem in suo monasterio solummodo faciendi licentia esto. Qui laici ad monasteria conuolantes à suis abbatibus tonsurati erunt, per primam tonsuram à talibus iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo confertor.

*De sacra Vñctione. Tit. 14.*

*i. Cum ve  
nisset.* **E**PISCOPO, cum consecrabitur, caput & manus ab episcopo, cui mandatum erit, assistentibus ei duobus episcopis secundum morem ecclesiasticum deliniuntur. Vñctionis duæ species sunt. Exteriori, quæ materialis est & visibilis, corpus: cor interiori, quæ spiritualis est & inuisibilis inunguntur. Illa huius signum esto. hæc in ecclesia sacramentum habetor. Oleum, quo exhibebitur, benedicitor. Id cathecumorum vel infirmorum adpellator. Chrisma ex oleo & balsamo conficitor. Caput episcopi propter dignitatem & auctoritatem, manus propter ministerium & officium inunguntur. Christo ecclesiæ capite facto principes amplius in capite ne vnguntur. Ad brachium siue humerum vel armum vñctio transfertor. Põtificis caput chrismate consecrator, brachium principis oleo delinitor. Christiani omnes bis ante baptismum, pri-